

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

51. Idolum

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

Corpus. A. Me-
um. A. Et hie
amicum habet
rium? B. Pres-
B. Crucem. A. Di-
entium. A. Eo-
B. Obiectum.
primum. A. Re-
a. A. Quid ob-
fio? B. Sot. A
ntia. A. Labo-
ratus. A. Adam
A. Quia telle-
B. languis. A
itas. A. Quia be-
Quishelavus? R
erbum. A. Ques-
tio. B. Euchar-
A. Quod su-
atio? B. Aicta.
A. Quis um-
s? B. Purifica-
Quis monitor?
3. Tempus. A.
i via, indices?
Cato. A. Quis
E. Conicata
reflexus. A. Qu
uad inuenis fall-
A. Quia terrena
seltanum effigiem
quid Mundi cava
oppo

opponis? B. Surditatem. A. Quem habes inter-
pretem? B. Ecclesiam. A. Quod professionis
tuæ nomen? B. Resignati. A. Quod tibi symbo-
lum? B. Acquiesco. A. Quis itineris scopus? B.
Unio. A. Quis laborum finis? B. Æternitas. A.
Visne me tibi socium? B. Ita A. Deus aspiret co-
ptis. B. Amen !

51. IDOLVM.

A. H Eus pictor. B. Adsum. A. Penicillum ca-
pe. B. Est in manibus: A. Obscro te
in chartam mihi coniice, quod somniaui. B. Iam
vero somnias: qui enim ego vmbras iuumbrem?
A. Pingetamen, meo sumptu. B. Quid vis? A.
Primo caput ingens, masculum quidem, sed pe-
ctinatum, & foemineo cultu luxurians. B. Fiat.
A. Et corollam circumducito ex papaueribus.
B. Age. A. Nunc oculos mihi luscios pingito, &
in natum intentos. B. Eleganter. A. Eis perspicil-
la superimpone, ac viridia quidem. B. Quid tum?
A. Auribus opus nihil hic est, sed foraminibus ta-
men nullo ordine hic ad tempora caput perfora.
B. Habes satis confusa. A. Vellem hic crabro-
nes aliquos circumvolantes, inspiraturos veluti.
B. En examen vesparum. A. Iam os mihi diductu
delinea, ac deauratum. B. Quid aurum ad tuas
sordes? A. Sine tibi jam imperem; sed & mul-
tam hic saliuam effluentem effinge. B. O bellam
imaginem! de Naso vero quid fieri? A. Vix me-
mini, interim tamen rostrum suillum appinge,
cum eo quod porcis allubescit aromate. B. Iam
factere

fœtere videbitur. A. Collum anserinum quidem sit, at non sine insigni struma. B. Haha he. A. Tergum fac latum, durum, & undique cicatricosum. B. Perge A. Ventrem vero mollem, tumidum, imo distentum verius. B. Vah mollem & distentum! A. Fiat tamen, nunc aures admove, secretum habeo. B. Nonne soli sumus. A. Res valde arcana est. B. Muffita. A. In auren accipe. B. Monstruosus es. A. Imo si vis etiam sordidus. Nam hic egestionis magnam molem volo. B. Molem vero? A. Molem inquam quæ credatur corpus universum evacuare posse. B. Ridiculum est tumere, & vacuum esse. A. Sic iam conuenit, nunc pedes restant, eos ulcerofos pingito, ac fasciis hinc inde obvolutos. B. Vis etiam tumentes? A. Fac gracilem alterum, alterum prout libuerit, dum uterque liveat, & titubet, & incurvus sit. B. O manuum oblitus sumus. A. Nequaquam, sed altera arundinem teneat, corporis fulcrum, altera thuribulum, fœtoris levamentum. B. Nihil in manibus insoliti. A. Nihil, nisi quod ex chiragra contortas velim. B. Iam ne absolvitur? A. Iamiam, si corpus omne lepra, vel scabie purulentissima obduxeris. B. Phy, deformem & informem formam? A. An tu nescis his iam idolis, his diis Mundi sacrarium ornari?